



Vita Et Doctrina Christi Domini

More, Henry

Antverpiae, 1649

XXVIII. Pastor bonus. Ibidem. v. 14. Pars 2.

Nutzungsbedingungen

[urn:nbn:de:hbz:466:1-56545](https://nbn-resolving.org/urn:nbn:de:hbz:466:1-56545)

XXVIII.

Pastor bonus. Ibidem v. 14. Pars 2.

1. **E**GO sum Pastor bonus, & cognosco
 oues meas & cognoscunt me mee:
 sicut nouit me Pater & ego cognosco Pa-
 trem, & animam meam pono pro ouibus
 meis; & alias oues habeo quæ non sunt ex
 hoc ouili, & illas oportet me adducere, &
 vocem meam audient, & fiet unum
 ouile, & unus pastor. Basilus, "Quid vo-
 car cognoscere? An essentiam suam in-
 telligere? vel ex præcedentibus potius
 mensuram huius cognitionis agnosca-
 mus: Oues meæ, inquit, vocem meam
 audient: Ecce quomodo cognoscatur
 Deus: Audiunt, non disputant; obedien-
 tes sunt, non contendunt.)

Basil. hom.
 26.

2. Propterea me diligit Pater, quia ego
 pono animam meam ut iterum sumam
 eam; Nemo tollit eam à me, sed ego pono
 eam à meipso; & potestatem habeo ponen-
 di eam, & potestatem habeo iterum sumen-
 di eam: Hoc mandatum accepi à Patre
 meo. Chrysostomus, "Mors inuitis im-
 perat,

Chrys. f. 5.
 de Iuda
 proditore.

perat, volentibus seruit; Ergo quod volens moritur non casus est, sed potestas. Si nemo tollit, ergo neque mors. Denique nec mors tollere, nec Infernus potuit hunc tenere; etiam vinctas animas quas tenebat amisit.)

3. Dissensio iterum facta est inter Iudeos¹ propter sermones hos. Dicebant autem multi ex ipsis, demonium² habet, & ³ insanit, quid eum ⁴ auditis? Alij dicebant: Hæc verba ⁵ non sunt demonium habentis: nunquid demonium potest cæcorum oculos aperire? " Non sit pax tua in ore hominum; siue enim bene, siue malè interpretati fuerint, non es ideo alter homo.) Th. à Kemp. l. 3. c. 28. n. 2.

XXIX.

Missio discipulorum septuaginta duorum. LUC. IO.

In festis
Euangel.
Marci &
Luca.

1. Post hæc autem designauit Dominus & alios septuaginta duos, & ¹ misit illos ² binos ante faciem suam in omnem ciuitatem & locum quo ⁴ erat ipse venturus; & dicebat eis, Messis quidem ⁵ multa,

Y 2

opera-